

Peter Wasmund

**Rector Academiae Rostochiensis Petrus Wasmundt I. U. D. Professor, & hoc
tempore Iuridicae Facultatis Prodecanus, Ad Introductionem solemnem
Professionis iuridicae ... Dn. Nicolai Schutzen I. U. D. Crastina die hora 6. in
auditorio Collegii Philosophici Boreali instituendam, Omnes omnium ordinum
Cives Academicos officiose & amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734601913>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1631

1) Peter Wasmundt

2) " "

3) Thomas Lindenau



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734601913/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734601913/phys_0002)



RECTOR
Academiæ Rostochiensis
PETRUS WASMUND
J. U. D. Professor, & hoc tem-
pore Juridicæ Facultatis
PRODECANUS,

Ad

Introductionem solemnem
Professionis juridicæ

Viri Clarissimi & Consultissimi

DN. NICOLAI Schußen
J. U. D.


*Craſtina die hora 6. in auditorio Collegij Philo-
phici Boreali instituendam,*

Omnes omnium ordinum Cives Academicos
officiose & amanter invitati.



ROSTOCHI

Typus JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
Anno M. DC. XXXI.



RECTOR
Academie Rostochiensis
P E T R U S W A S M U N D T
J. U. D. Professor, & hoc tempore
Juridicae Facultatis PRODECANUS.

Rdine, quo nihil
est admirabilius, o-
mnes res creatas, imo ipsam
rerum naturam, stare; eo
vero sublato omnia corrue-
re & perire, rectius sentien-
tium est opinio. Quanvis enim honio, quem
parvum mundum Philosophi appellant, ex
contrarijs constet elementis; tamen admirabili
ordine omnia ita inter se sunt disposita ac
temperata, ut nec calidum frigido, nec sicco
humidum obstet, nec ullum membrum alteri
sit impedimento. Et non solum partium cor-
poris sed etiam actionum naturalium elegans
est ordo temperies ac harmonia: est appeten-
tia, quam excipit attractio, attractionem re-
tentio,

A . 2

tentio,

tentio, retentionem sequitur concoctio, hanc
distributio, distributionem excretio & assi-
milatio. Quibus omnibus recte sese habenti-
bus, vivit, valetq; homo: at ordine isto turba-
to & læso, læduntur actiones corporis; hinc
morbus, quem mors sequitur. Sic orbes cœ-
lestes, quamvis proprijs & dissimilibus imò
contrarijs agitentut motibus, & in medio ve-
luti cursu nonnunquam tardius incedant,
nonnunquam veluti immoti subsistant, quan-
doq; regrediantur, post rursus accelerent cur-
sum, ac velocitate cursus compensent ac com-
pleant prioris moræ defectum, nec eundem
sempre teneant tramitem, sed à medio Zodia-
ci itinere nunc in Boream, nunc in Austrum
evagentur: denique à terra procul interdum
recedant, interdum ex alto rursus veluti se de-
mittant ad terram: tamen certo ordine ferri,
esseque regulares ac æquales motus omnes, e-
videnter convincunt, tum conversiones in-
tegræ singulorum inter se perpetuò congruen-
tes, ut nullus orbis alterius vicinioris motum
impediat, tum ipsius inæqualitatis certi sta-
tique redditus. Hunc naturæ ordinem ars ini-
tatur, cuius exemplum in Musica videre licet.
Nam si in cantu voces omnes præscriptum or-
dinem

dinem servant, suavis est vocum harmonia
atq; concentus, licet magna sit vocum varie-
tas: At siordo in cantu non servetur, disso-
nantia vocum oritur, parum auribus grata
& auditu injucunda. Sic in prælijs etiam acie
turbata exercitus sibiipfi sunt impedimento,
& magna datur hostibus ad victoriam occasio.
Sic deniq; civilis hominum societas & univer-
sa Rerum publicarum atqne regnum machi-
na certo constat ordine, quo sublato perit ho-
minum societas, Regna & Respublicæ dissol-
vuntur & intereunt. Hunc ordinem J Cti jus
appellant, cui conservando Reges ac Principes
deserviunt, unde legum custodes appellantur.
Jus autem certum finitumque esse debet, cum
sit actionum humanarum & civilium negotio-
rum quasi cynosura atque gnomon: quod enim
cynosura atque gnomon nautis est in mari
navigantibus, hoc Regibus atque Principibus
jus est, quod si certum & fixum est, bene agi-
tur de Republica; si vero incertum & dubium,
Republicæ dissolutionem & interitum arguit
Quia vero ut ait Pomponius de origine juris,
naturaliter evenit, ut leges latæ interpretatio-
nem J Ctorum necessitate quadam desiderent,
cum teste Ulpiano, Juliano, & Paulo nec le-

ges nec Senatus consulta ita scribi possint, ut
omnes casus, qui quandoque inciderint, com-
prehendant, hinc videmus, leges earumque
majestatem commodè consistere non posse, ni-
si per assiduam Jurisperitorum interpreta-
tionem, quam Pomponius testatur esse necessa-
riam: Non eorum quidem qui litigandi vias
magis quam juris & justitiæ tradere solent;
sed prudentum, hoc est eorum qui artem bo-
ni & æqui probè calleant, justumque ab inju-
sto ita discernere sciant, ut verborum vim
nec callidè nec insidiosè insectentur: Sed æ-
quitatem cum juris civilis ratione perpetuò
conjungant. Tales J Cti à Regibus principi-
bus & Rebus publicis semper magno in hono-
re habiti, atque amplissimis præmijs & stipen-
dijs condecorati fuerunt. Divus Augustus
Antistium Labeonem celeberrimum tum
J Ctu sibi adhibuit. Adrianus, quem Pom-
ponius optimum principem nominat, viros
doctos præcipue vero J Ctos & pecunia & ho-
noribus honestavit. Alexander Imperator
nullam constitutionem sacravit sine viginti
J Cts doctissimis & sapientissimis Viris, ijs de-
nique disertissimis, non minus quinquaginta.
Apud Alexandrum Severum Imperat. J Cti in
magna

magna auctoritate fuerunt, adhibiti ad omnia
negotia. Justinianus Cæsar licet, ut quidam
judicant, planè rudis & ignarus literarum fue-
rit, attamen veneratus est & adhibuit diligenter
Jurisconsultum Tribonianum Theophi-
lum Dorotheum & alios. Carolus IV. Impe-
rator Bartolom de Saxoferrato unà cum fami-
lia & successoribus immunitatibus singulari-
bus donavit. Sic & alij principes alios semper
sibi adjunxerunt Jurisconsultos, quorum au-
toritate judicioque leges facerent, potestibus
de jure responderi rescriberent, & quibus Rei-
publicæ partem gubernandam concederent.
Hujus honoris jam particeps factus est Vir Clari-
ssimus & Consultissimus Dn. NICOLAUS
SCHUTZE J.U.D. dignissimus Viri amplissimi
& prudentissimi Dn. Joachimi Schutzen Con-
sulis Reipublicæ Urbanæ à multis annis meri-
tissimi egregiè patrissans filius, qui præclaro-
rum Jctorum feliciter æmulatus est industriam.
Postquam enim tum in Academia patria tum
etiam in alijs celeberrimis Germaniæ & Galliæ
Academijs indefessam juri operam dedisset, at-
que ipsi in Academia Aurelianensi supremi in
utroq; jure honores collati essent, redux in
patriam, ab amplissimo hujus urbis Senatu,

compa-

compatrono Academiæ munifico & benigno,
stationem, quam resignatione sua in Facultate
Juridica Vir Amplissimus Clarissimus & Con-
sultissimus Dn. Johannes Sibrandus J. U. D. &
Professor Codicis quondam in hac Academia
celeberrimus, amicus & collega noster hono-
randus, jam Syndicus Reipublicæ urbanæ pru-
dentissimus & industrius vacivam fecit, con-
secutus est. Nos optimam de hujus instituti
successu felici spem fovemus, fore, ut nec scho-
la in honorificus, nec juventuti inutilis, nec
antecessori suo impar futurus sit.

Quod igitur publici ordinis servandi & ho-
noris testificandi gratia præstare tenemur, re-
citationi inauguralis orationis, quam cras
hora 9. in Collegij Philosophici auditorio Bo-
reali de privilegijs Ictorum habebit, interesse,
eq; fausta omnia comprecari non gravabi-
mur, ad quod officium omnes Academicæ ju-
risdictioni subjectos sedulo & officiosè publica
voce & autoritate invito. P. P. Sub sigillo
Facultatis Juridicæ, 20. Julij Anno 1631.

352



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn734601913/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734601913/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734601913/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734601913/phys_0012)

DFG

litia nostra desperdamus & ex-
catis enim fugatur Spiritus Sa-
sordes, nec habitare vult nec per
subditum nequitiae. Cujus enin-
cata repellere & extinguere, ei
primum est peccata odisse, nec be-
nec commorantur in uno cordo
litia & divina munditia. Haec
stabile hospitium debet, illi ne-
tas repudium, Illi nisi valedi-
dicet tibi: At lo infelices & at
qui tanto oblato & concesso be-
nis omnibus, seipso privaver-
ritus Sanctus cum conferat be-
fit omnia, necesse est ut omni-
eum ejecerit.

Hoc damnum avertite, qui
cet, modis, rejicite carnales
& impura mundi oblectamenta
tum sunt fallacia, quia dubi-
diosa, quia dulcia, & contra pa-
sobrietati pœnitentiae & pre-
insistite, ardenterque rogate San-
Spiritum, ut in cordibus vestri-
gna sibi præparet verbum suu-
lis & toti patriæ nostræ non su-



the scale towards document

Scan Reference Chart TE63 Serial No.